



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 21. Præcipui Jansenianæ factionis Antesignani in carceres conjecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Cramer posteritati sacravit disputatio- Sæc. XVII.  
nem de *ubi Angelorum*, de promissioni- A. C. 1703.  
bus vitæ æternæ in V. T. de syllogis-  
mo Christi in Joan. VIII. v. 47. de  
caussis & mediis propagatæ Mahome-  
tanæ religionis, & de vocâtione Mef-  
siæ ad Sacerdotium. III. Andreas  
Kühn publici juris fecit dissertationes  
de jure Dei in creaturas, de ordine  
Divinorum decretorum, de origine  
schismatis contra Walenburchios, vin-  
dicias pacis Religiosæ, discretum Ca-  
tholicum autocatacritum, Cuneum  
contra cuneum, tractatus de mystico-  
rum quietismo contemplativo, de con-  
cordia Ecclesiastica, de puncto & mo-  
mento discrepantiæ inter Lutheranos  
& reformatos, præter alia quædam  
IV. David Caspari elucubravit Colle-  
gium ethicum & Politicum, necnon  
varias disputationes.

### §. XXI.

#### *Præcipui Jansenianæ factionis An- tesignani in carceres conjecti.*

Annum hujus sæculi tertium Janse-  
nianæ factionis Antesignani oppido *Cauſſa*  
fibi funestum habebant: Jam dudum *Quesnell.*  
*p. VII.*  
Paschalias Quesnellus Berulliani Ora-  
torii Presbyter, Gabriel Gerberonus  
Benedictinus Congregationis S. Mauri

E 2

&

Sæc. XVII. & Arnoldus Josephus Brigodæus Pres.  
A. C. 1703. byter sæcularis Bruxellis in quadam  
æde delitescebant, quorum primi duo  
e suis latebris contra Pontificum, ac  
Præfulum Constitutiones & decreta  
quamplurimos libellos ac scripta pu-  
blici juris fecerunt, suisque captiosis  
commentis universam Franciam, Bel-  
giumque inundarunt, quamvis ejusmodi  
librorum potissimi Romæ, in Gallia &  
Belgio damnati, plures etiam per car-  
nificem igni addicti fuissent: ne ergo  
tot libellorum Zizania agrum Domini-  
cum penitus devastarent, præter Fran-  
ciæ Præfules præcipue Humbertus a  
Præcipiano Mechliniensis Archiepisco-  
pus denuo nocivos hosce libellos Diæ-  
cesi suæ interdixit, alios Romam apud  
S. Congregationes anno priori denun-  
tiavit, & iterato querelas suas contra  
effrænem & petulantem ejusmodi scri-  
billatorum licentiam in sinum summo-  
rum Pontificum effudit: cum autem  
paternæ hæ admonitiones, Pastorales  
curæ, & leniora Sedis Apostolicæ re-  
media nihil proficerent, atque Ques-  
nellus, & Gerberonus, et si desuper  
apud summum Pontificem delati fuis-  
sent, cum apertis Jansenistis commer-  
cium foverent, & per Brigodæum ab  
universitate Lovaniensi jamjam prescri-  
ptum integras ejusmodi librorum sar-  
cinas

cinas per universam pene Europam Sæc. XVII.  
non sine maximo fidelium damno & A.C. 1703.  
offensione disseminarent, Mechliniensis  
Archiepiscopus severiora remedia ad-  
hibere compulsa, tres hosce infamium  
scriptorum Auctores in Palatio Archi-  
episcopali captos detineri jussit, edito  
desuper decreto, cujus executio ut  
validior, certiorque esset, Archiepi-  
scopus Philippi V. Hispaniarum Regis  
opem implorabat. Hic ergo pro avita  
sua pietate, ac Religionis studio ad red-  
dendam Ecclesiæ & patriæ tranquilli-  
tatem & præcavendam animarum rui-  
nam mandatum plane efficax propria  
sua manu exaratum ad Marchionem  
de Bedmar Belgii Gubernatorem ex-  
pedivit, eidem injungens, ut omnes  
tres turbarum Auctores comprehendi  
curaret. Dies illuxerat decima Mensis  
Maij, qua Gerberonus in Urbe sub ficto  
nomine & laica veste latitans, Archi-  
episcopali custodiæ primus mancipaba-  
tur: Die autem trigesima ejusdem Men-  
sis satellites ad Forestense, ut vocant,  
Refugium, cujus posterius, abditumque  
cubiculum Quesnellus ultra annum in-  
coluerat, contendunt, foresque pul-  
sant: aperit ostium Brigodæus, sci-  
scitantur Satellites, ubinam esset Pater  
Quesnell? Brigodæus tamen illud in-  
dicare renuens, cunctaque cubicula

E 3

ape-

Sæc. XVII. aperire jussus tantos excitavit clamores  
A. C. 1703. ac strepitus, ut Quesnellus, quid re-  
rum agatur, certior redditus, evadendi  
spatium nanciseretur, laicamque ve-  
stem indutus, per occultas ejusdem  
domus vias ad proximas ædes feliciter  
perveniret, nemine eum præter caute-  
riatæ conscientiæ carnificem insequente,  
Paulopost Regios satellites jamjam  
abiisse ratus, ut epistolas, aliaque  
scripta sibi, suisque maxime nocitura  
auferre posset, per easdem vias ad re-  
fugii sui locum eo temporis articulo  
reversus est, quo Brigodæus ad Archi-  
episcopales carceres captus abduceba-  
tur: Attamen ibi præter omnem ex-  
pectationem Quesnellus Curiæ Archi-  
episcopalnis Ministros, qui illic reman-  
serant, obvios habuit: mox ergo huc  
illucque discurrens, locum, in quo sese  
justitiæ posset subducere, anxie exqui-  
rit, lucisque timidus tandem in teue-  
broso angulo retro quoddam dolium  
sese abscondit: inde vero extractus,  
atque a Ministris interrogatus, an ipse  
esset P. Quesnellus reposuit, se vocari  
Rebeckium, & quantumcunque pre-  
meretur, ut verum patefaceret nomen  
suum, non aliud tamen quam fictum  
illud nomen ab eo extundi poterat:  
nihilominus rhedam concendere jussus,  
ad Archiepiscopale Palatum deduce-  
batur.

§. XXII.